



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Probationes à sanctis Patribus, & Doctoribus Græcis accepta. Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

dixit: Non prohibeat dispensator man- *Do con-*
 ducare pingues terræ in mensa Domini: *secr. di-*
 Quod non debet dispensator prohibere *stin. 2. c.*
 pingues terræ manducare in mensa Do- *non pro-*
 mini; multo minùs illi, ad quos non spe- *hibeat.*
 ctat ea dispensatio, prohibere Christi
 pauperes debent, qui ex deuotione, ad
 hanc sacram mensam accedunt, nisi con-
 tra iustam & sanctam Ecclesiæ prohibi-
 tionem agere de industria velint

Probationes à sanctis Patribus, & Do-
ctoribus Græcis accepta.

C A P V T V.

I AM, quoniam de eximia utilitate v-
 berissimoque fructu qui ex frequenta-
 tione Communions existit, satis multa
 diximus, quamq; laudabile sit frequen-
 ter ad illam accedere, sanctæ Scripturæ
 testimonio, & Apostolorum consuetu-
 dine, & nascentis Ecclesiæ instituto, mul-
 torumq; deinceps populorum consen-
 su ostendimus: Idem confirmabimus au-
 thoritate & doctrina sanctorum Patrū,
 primū Græcorum deinde Latinorum,
 qui eodem ferè studio & confessione
 comprobant, ac maximè laudant, fre-
 quentem huius Synaxis vsum, & ad eum
 Fideles hortantur.

In

B. Igna. In primis igitur Beatus Ignatius Epistola 10. ad Ephes. scribit: Festinate (inquit) ergo frequenter ad Eucharistiam, & gloriam Dei accedere. Quando enim hoc ipsum assidue agitur, expelluntur potestates Sathanæ, qui actus suos conuertit in sagittas ignitas ad peccatum.

*B. Chry-
josto. in
Epistola
Pauli ad
Timoth.
bomi. 5.* Neque verò B. Chrysofostomus, hanc rem prætermittit reprehendens eos, qui interuallo temporis longiori constare meritum putant, summamque arbitrantur reuerentiam esse, non sapius cœlestem illam adire mensam, cum tempestiuum accessum sola conscientie integritas faciat. Non grauabor paulò altius illius verba repetere. cū vt doctissimè, ita summa cum pietate de huius Sacramenti frequētatione disputat: ait enim: Hoc nempe est, quod vniuersa perturbat, quia non munditia animi, verum interuallo temporis longiori meritum putas, summamque arbitraris reuerentiam ac religionem esse, si non sapius cœlestem illam adeas mensam. Ignoras quoniam indignè accedere, etiam si semel tantum fiat, te supplicio tradet? dignè verò etiam si sæpe accedas, salutem inde conquires? Non est audaciæ sæpius acce-

accedere ad
dignè acce
quisnam in
At nos ade
mus, vt cū
scelera per
exuere: cæt
assidue præ
Christi cor
ligimus mi
stū affixer
nō igitur, c
idcirco del
didit, seme
ergo hoc i
igitur hāc
Tempesti
ditia cōse
plus quo
sterium, c
Vnum qu
tus sancti
stis profe
mus, siue
dominic
rūmeade
consumm
quit) ma
licem bil

accedere ad dominicam mensam, sed indignè accedere, etiam si semel tantum quisquam in toto vitæ tempore accedat. At nos adeò stolidi, adeò insensati sumus, ut cū innumera per totum annum scelera perpetremus, nihil ea curemus exuere: cæterum satis arbitramur si non assidue præsumamus atq; contumeliosè Christi corpus attingere: Neque intelligimus miseri, quòd hi, qui cruci Christi affixerunt, semel tantum id fecerunt, non igitur, quia semel crucifixerunt, min⁹ idcirco delictum est: & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit: nunquid ergo hoc illum supplicio eripuit? Quid igitur hæc rem temporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tempus munditia cōscientiæ faciat. Nihil habet amplius quod in Pascha consummatur mysterium, quam q̄ continuò celebratur: Vnum quippe atq; idem eadem est Spiritus sancti gratia, semper pascha est. Notis profectò, qui estis initiati, id q̄ dicimus, siue sexta feria, siue Sabbato, siue dominica die, siue in celebritate Martyrum eadem litatur hostia, idem sacrificiū consummatur. Quotiescunq; enim (inquit) maducabitis Panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annun-

cia-

ciabitur: Nulla obseruatione temporis
Sacrificium circumscribere voluit Hæc
B Chrysoſtomus, ex quibus satis intel-
ligitur, quàm ſalutare, & citra pericu-
lum ſit ad communionem ſæpe accede-
re, dummodo conſcientiæ munditia pro-
batus accedas

Chryſo.

in 1. epi.

Paul. ad

Corinth.

cap. 11.

Hom.

28.

Idem Chryſoſtomus reprehēdens eos,
qui ſolennitates obſeruabant ad hoc Sa-
cramentum ad eundem, magis, vt alio-
rum morem ſeruarent, quàm quòd inte-
gra conſcientia eſſent, affirmat ſemper
eſſe ſolennitatem & tempus accedendi, ſi
adſit animæ puritas. Neq; debere com-
punctum & præparatum à communione
impediri, eò quod non ſit ſolennitas,
Eius verba hæc ſunt. Probet autem ſei-
pſum homo. Non quemadmodum nūc
facimus, temporis gratia accedētes ma-
gis quàm animi ſtudio: neq; vt præpara-
ti ad vitia noſtra expurgenda compun-
ctionis pleni accedimus, ſed vt in ſolen-
nitatibus ſimus, quando omnes adſunt,
conſideramus. Sed non ita Paulus præ-
cepit, ſed vnum tempus nouit & con-
ueniendi, & communionem ſumendi i-
pſam conſcientiæ puritatem. Et ita pu-
rum illud attingere ſacrificium, non pi-
grè diſponi, & miſerè cogi propter ſo-
lem-

*Sic in
Græco
legitur.*

lemnitatem
punctum &
quòd non
nim bonor
tio, animæ
habueris, ſ
lennitatem
rius ad oft
brare, & cor
mæ puritas
Idem Ch
Philogonic
inquit, mu
vecordiam
ptum, vt c
lis, nullam
ant, ſed in
temerè ad
ligentes, q
eſt feſtum
pura, vita
admodum
conſcius,
accedere:
neq; penit
tū eſt. Nec
liberat no
rimus: qu
nem, quo

lemnitatem accedere. Neq; rursus con-
punctum & præparatum & impediti, eo
quod non sit solennitas. Solennitas e-
nim bonorum operum est demonstra-
tio, animæ puritas, vitæ certitudo, quæ si
habueris, semper celebrare poteris so-
lennitatem, semper accedere. Quid cla-
rius ad ostendendum semper nos cele-
brare, & communicare posse, si adsit ani-
mæ puritas?

Idem Chrysostr. in Oratione de B. *Chryso.*
Philogonio idem asserit: Nunc autem,
inquit, multi Christianorum in tantam
vecordiam, tantumque venere contem-
ptum, ut cum innumeris scateant ma-
lis, nullam tamen vitæ suæ curam habe-
ant, sed in diebus festis negligenter ac
temerè ad mensam accedant, non intel-
ligentes, quod cõmunionis tempus, non
est festum nec celebritas, sed conscientia
pura, vitæque à peccatis repurgata. Quem-
admodum enim qui sibi nullius mali est
consciens, hunc oportet singulis diebus
accedere: sic qui peccatis occupatus est
neq; penitet, ei nec in festis accedere ru-
tū est. Nec enim semel in anno accedere
liberat nos à peccatis si indignè accesser-
imus: quin hoc ipsum auget damnatio-
nem, quod cum semel tantū accedamus
ne

ne tum quidem purè accedimus. Vides igitur ex sententia huius doctissimi Patris, licere tibi quotidie ad Eucharistiam accedere, si tamen munda conscientia accedas.

*Theo-
phylact.*

Theophylactus, siue magis sit Athanasius in illud Pauli prioris ad Corinth. II. Probet autem seipsum homo, sic scribit: Neminem tibi iudicem proposuerim, præter teipsum. Tu itaque conscientia exanimata discussaque, ad ito ea mysteria, non festis, non profestisq; diebus, sed quouis tempore, cum purum te & dignum compereris Quid clarius pro nostra sententia dici poterat?

Probationes à sanctis Patribus, Latinis, tam veteribus Doctoribus, quàm recentioribus Scholasticis sumpt.e.

CAPVT VI.

*Cypria.
in oratio-
nem Do-
min.
Serm. 6.*

VT verò ad Latinos iam veniamus, B Cyprianus in primis ait: Hunc autem panem dari nobis quotidie postulam, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum abstenti, & non communicantes à coelesti Pane prohibemur, à Christi cor.

Cfi corpore se-
monente, Eg-
lo descendi
vivet in aete-
æternum viu-
ne, Vt ma-
corpus eius
iure commu-
rimendum e-
abstentus se-
procul rema-
ipso & dicer-
hominis, &
habebitis vi-
nostram, id
quotidie pe-
manemus &
& corpore
bis, vt vides
dat nobis f-
ptionem,
ex quotidi-
tumq; peri-
fit. Et in se-
Doctor mi-
huius Sac-
dignus pro-
verè Chri-
per præ m-